omnibus nris habitis in eo quo par est honore habeantur, neque unq̃
a quoquam violarentur. Diuorum Antecessorum nrorum Privilegia et
indulta in ipsis ex causis eid. Ltne Civitis Concessa providentes querelis o:
mnibus quotiens ad nos a quoquam de violatis iuribus a quopiam pro:
gatiuis afferuntur. Nihil est nobis molestius. Graue igitur nobis fuit au:
dire hanc querelam quod apud nos hic facta fuit de fid: Vrb nrae Lu:
cesorum Fam. Alm Gregorij Lubos ac quorum Privilegium ab An:
tecessore nro Sermo Sigismundo Augusto Rege ipsi et suis quoque
successoribus Concessum a fid: Vrb Violari et labefactari, ac multa
Contra illius Scriptum Cum ipsis agi accepimus. Id sane sicuti se
habet omni severitate fid: Vrb Scripimus ut ab ea re sibi temperent
neque aliquid Cum ipsis haeredibusque agant quod privilegium hoc eorum
a fidel: Vrb violatum esse videri possit. At quemadmodum libertates
suas inconcussas manere optant, Ita aliis quoque priuilegiis immunitati:
bus gaudere iustum est, ut permittant. Pro gra nra clementer facitu:
rae. Dat in Castro ad Vlebrowiam die 23 Mensis Novemb: Anno
D. 1581. Regni vero nri Anno 6.

Citatio S.R.M. Contra partes a Commissarijs appellan.

Sigismundus III etc. Tibi Generoso N. de personaliter et rebus bonis
suis siquae habes mobilibus et immobilibus in Regno et Dnijs nris quo:
uis iure titulo habitis et possessis Mandamus ut Coram nobis et
Consiliarijs nris lateri nro pro tunc assessuris feria et c. Vltimo loco
Curia nra sese Constituti Comparere ad instantiam N. procuratoris eiusmodi
peremptorie Compareas, qui te litteris ad prosequendum et Continu:
andum appellationem suam a Decreto Certorum Commissariorum nrorum in:
iuste et non iuridice pro parte tua lata, per eundem N. interposit
occasione omnium iniuriarum nec non temeraria incarceratione Generosae
Elyzabethae ac possessionis eid. Elyzabethae baculo, prout tu
assendi iure imposito, tum vero condemnatorum assertorum per
obzygillosem tempore nocturno domus nullo recto tramite tibi
et Vxori illatis, in qua Causa Decreto Commissarij nri ad importu:
nam tuam instantiam non attendentes quibus N. iuris exceptionibus
rationibus et defensionibus in Actu Conclusit descriptibus ulterius illi pro:
cedere decreuerunt, a quo ipse eodem dicto licet offatus est ad nos ap:
pellationem iuxta iura et privilegia a Serenis Praedecessoribus nris
et a nobis ipsis Civitati et illius Civibus indita interposuerit. Attn

ipsa appellatio quod omnibus oppressis iure debetur, non est illi admissa de ipso gravamine idem N. coram ipsis Commissariis nostris tum et coram Ministerialibus et Nobilibus licet solenniter protestatus est, appellareque Secundo ab ipso gravamine intrepraesserit, appellatio illi nequaquam est admissa. Quapropter citat te ad videndum et audiendum eos idem Commissarios Decretum tanquam iniustum et non iuridicum pro parte tua et Vicinis tuis indebite latum processibusque omnibus inde secutis Cassari, annihilari et in nihilum redigi, et id quod de iure decernendum Contra te decerni, prout tibi latius omnia et alia huius negotij quomodo opportuna et necessaria. Et licet non expressa in termino adveniendi latius obijcienti deducendi et literis documentis probabuntur. Iudicio dein sistemus et rei Judicatae satis facturus. Quod si vero in termino comparueris sive non, nihilominus nos contumaciatua non obstante in quantum iuris erit contra te decernemus. Datum

Citatio super Perduelles.

Sigismundus III etc. Tibi Nobili N. ex persona ac bonis tuis Universis mandamus quatenus coram Regia Maiestate nostra et Consiliarijs Regni, atque Deputatis Equestris ordinis per nuncios terrarum in Comitijs Generalibus Regni, Cracoviae felicis Coronationis nostrae ad arbitrium nostrum Convenientibus electis designatisque a positione praesentis litteris in quatuor septimanis mediate Currentibus Cracoviae aut ubi tunc cum Consiliarijs eisdem et Deputatis Constituti fuerimus peremptorie compareas ad instantiam nostram et Reipublicae. Quia te citat ideo quia tu eo tempore dum iam in Regem Pol. liberis ordinum suffragijs renunciati essemus, postposito boni Civis officio Cum Certis personis cum quibus speciales res ecuant actiones contra Rempublicam machinatus es, factionemque ad turbandam eam molitus es, externo Principi operam tuam addixisti, et pecunia ab eo accepta, militeque sibi pro ea comparato, eundem in viscera gentis induxisti, atque Conventionibus publicis quasi nomine celebratis eidem principi Externo Regalia tribuere et Constitutiones R.P. noviuas sancire praesumpsisti, bona et possessiones Incolarum Regni invasisti et spoliasti, ac more quodam nouo depopulatus es. Cracoviam ubi sedes Regia est invasisti, et oppugnasti, ac mania perfodi Arcis Civitates ac alias R.P. munitiones more hostili expugnasti et oppugnasti, atque post felicem coronationem et inaugurationem nostram militem contra nos et R.P. conducere et motus privatos seditionesque in R.P. alere non cessasti, quae ipsa quantum in te fuit contra leges et libertates paternas faci: